



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

47. Seruus ad testamenti executionem an admittatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

Et illa per talem minorem etiam fieri possunt.
Et erit idoneus executor, dummodo circa illa
cadat eius affectus: vt l. 1. §. ceterum ff. de
acquir. pos. Et l. donat. C. eod. titul.

† Decimò, prohibetur mulier: quoniam hoc 46
virile videtur officium, à quo sicut à procura-
toris officio, mulier remouetur l. foemina. ff. de
procur. l. 1. §. sexum. ff. de postu. l. foemina. ff. de
re. iu. c. mulieres. de iudic. lib. 6. Et ita tenuit
gloss. in l. tutela. ff. de tute. Et d. c. fi. de testa.
lib. 6. Et Spec. in §. nunc verò aliqua. vers.
quid de muliere. sicq; consuluit Io. Pal. sed Bal.
in l. id, quod pauperibus. in 2. q. primæ partis,
tenet contrarium: quia mulier habet iudicis
officium suo nomine: vt l. qui in aliena §. quã-
quam. ff. de neg. ge. ergo etiam habebit hoc
executionis officium, Et satis placet: quia etiam
tutelæ officio fungi potest. Contraria verò lo-
quuntur, cum agit nomine alieno, etiam ad suam
utilitatem, vel forsitan indecenter. Sed hoc
propter pietatem decens existimant, Et ita vt
attestatur Spec. Et glos. d. c. fin. obseruat con-
suetudo.

† Undecimò prohibendus est seruus: quia 47

C 3 quo

quo ad ius civile, pro nihilo reputatur, imò pro mortuo: iuxta l. quod attinet. ff. de reg. iur. & l. seruitutem. eod. tit.

Secundò, quia exequendi authoritas non cadit in seruum, vt l. hac verba. ff. de verb. sig.

Et hoc tenuit Iac. de Arena. & Bal. in 1. questio. 2. partis l. id quod pauperib. C. de epis. & cler.

Verius tamen videtur esse contrarium: quia executor, dicitur esse minister, vt l. si quis Titio 10. ff. de leg. 2. sed seruus non prohibetur esse liberi hominis minister, imò admittitur: vt l. 1. ff. de exercitor. l. seruum. ff. de procur.

Secundò, quia ea, quæ sunt ministerij ac mudi facti, per seruum quomodo adimpleri possunt: vt l. legatum. ff. de ca. diminu. & instit. de stipu. seruo.

Et tertio mihi placet, quia spiritualia & pietatis opera in seruum cadant: vt in toto tit. de coniugio seruorum. & in tit. de seruis non ordinandis.

48 † Duodecimò, prohibendus verè esset bannitus: quoniam talis suo nomine non habet actionē: vt l. tutel. §. si libert. ff. de cap. dimin.

Tum